1512. ante 13. Julij Ex Ms: Arch: Mag: Du: Litt: 695

231

# In nomine Domini Amen

Ad Perpetuam rei memoriam.

Ut ea quæ per Principes alicui fide-
lium intuitu benemeritorum seu ex ma-
nificentia gratiosè in perpetuum confe-
runt Successum temporis, á memoria
hominum á memoria hominum non e-
vanescant contenta, nec inventum est,
ut articulis Scripturarum, et fidedigno-
rum testimonio inveniantur. Proinde
Nos Sigismundus Dei Gratia Rex
Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ,
Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, dominus
et hæres. etc. Significamus tenore præ-
sentium quibus expedit universis, et sin-
gulis præsentibus et futuris, harum
notitiam habituris. Quia in prospectu
habentes fidelia servitia, et benemeri-
ta Magnifici Johannis Sophyena Pala-
tini in Vitepsco, Marsalci atque Supre-
mi Secretarii nostri, Capitaneique Bra-
claviensis sincere nobis dilecti, quibus
non minus in Regno Poloniæ, quam
in magno Ducatu Lithuaniæ assiduè
exhibitis commendatus est, præsertim
in negotiis Reipublicæ Magni Duca-
tus, diversa ac multiplicia onera si-

bi

bi injuncta obeundo, ac fideliter sa-
lubriterque consulendo, ibi propterea
villam nostram vulgariter nuncupa-
tam Stradezo in districtu Brzestensi
super fluvio Bug consistentem cum
omnibus hominibus, seu Kmethoni-
bus, nunc et in perpetuum ibidem
existentibus, et præsertim his, qui
modo illinc resident, sic videlicet no-
minati Juniez Oniskowicz et Zupko
olim castorum venatores, alias Bobro-
wnicy Bielik Andreas Thymewicz, Ju-
niez Mikiczynicz, cum aliis fratribus
atque Sodalibus, vicinisque eorum in
sex jugeribus alias Szreby residen-
tibus, qui quotannis consueverunt da-
re pro tributo et datia sex mardares,
et sex mellis urnas alias wioder per
ipsum Johannem Sapyeha Palati-
num, et suos Successores, legittima-
que posteritatem, prædictam villam
Stradezo cum omnibus et Singulis
hominibus, proventibus agris cultis
et incultis, aliisque et universis ju-
geribus alias Szrzyebe in diversis
locis supradictæ villæ, ubicunque
desertis quomodolibet remanentibus,
item cum pratis, et specialiter cum
dimiodio

dimidio prato, quem consueverunt falcare Kmethones Brzestenses, alias Włosć Brzoska, ortis, domibus, virgultis gaiis, borris, silvis, venationibus aucupiis, aquis, fluviis, rivis, gurgititibus, et earum decursibus, lacubus Stagnis, piscibus et piscinis, molendinis omnibus constructis, et in posterum construendis, Alucariis apibus et melle et melle, ex eis provenientibus, censibus laboribus, Dacis alias Dzyakla, tributis de melle et lipiec, qualicunque nomine vocentur oneribus, et generaliter universis et singulis obventionibus, et attinentiis quibuscunque nominibus vocatis, quomodolibet ad dictam villam ex antiquo pertinentibus, quae nunc sunt, et in futurum in ea fieri possunt, ita latè, longè, et circumferentialitèr, prout villa supradicta suis in limitibus seu granicibus ab aliis bonis est distincta et limitata, cum omni jure dominio et proprietate nihil ibi juris, dominii, et proprietatis pro nobis et Successoribus nostris Magnis ducibus Lithuaniae, reservantes, aut quidquam excipiendo, tenendam, habendam, pacificè possidendam

dendamque, donandam commutan-
dam, vendendam, alienandam, resi-
gnandam, et in suos successorumque su-
orum usus beneplacitos convertendam, pro-
ut sibi et successoribus suis melius
et utilius videbitur expedire tenore
praesentium mediante in perpetuū.
In cujus rei testimonium sigillum no-
strum Magni Ducatus praesentib9
est subappensum. Actum et Datum
Cracoviae, feria secunda proxima an-
te festum Sanctae Margaretae, anno
Domini millesimo quingentesimo duo-
decimo, Regni nostri anno sexto, prae-
sentibus ibidem Generosis et No-
bilibus Joanne Litaor Chreptowicz,
Marsalco Magni Ducatus, et Capitaneo
in Cobrin, Nicolao Juniowicz Chlebo-
wicz Capitaneo Drohiciensi, Iwan An-
drejowicz Thezaurario Curiae Nostrae,
Bogusz Bohowiczynowicz Marsalco
Tenutarioq in Dongij, Jacobo Kunczowicz
Equizone Curiae nostrae Tenutarioq Lepunen
et Volkinensi, aliisq quam plurimis Auli-
cis notariis Curialibus nostris fidedi-
gnis testibus ad praemissa. ~